



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Corpus Doctrinae Christianae

Melanchthon, Philipp

Lipsiae, 1572

VD16 M 2890

De Baptismo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

turam hominum ream, immundam, & præcedendam, hoc est, morti additam, sed propter promissum semen, iuxta verbum, Ecclesiam habituram esse nouam & æternam iustitiam & vitam.

**S**i c Baptismus principaliter significat, nos mergi in sanguinem Christi, & abluì à peccatis. Postea significat etiam, Ecclesiam mergi in afflictiones.

**C**OE NA Domini significat principaliter, nos esse membra Christi, & inseri eius corpori, & abluì nos ipsos sanguine. Est igitur testimonium & exhibitæ promissionis Evangelij, & applicatæ ad singulos. Deinde est commonefactio de gratiarum actione. Ideo nominatur *λυξασια*, & sicut Cyprianus optime dicit, est commemoratio dati & accepti.

**E** S T ite nnerus publice congregationis. Item testimonium mutæ dilectionis & concordie in eadem Ecclesia, sicut antiquitas fœdera fecit societate ceremoniarum & mensæ, unde & nomen *συνδοσι*, id est, liberationes, profectibus usurpabant. Item, uetustas dixit: *τὸς ἀλλὰς τοῦ τῶν ἐκκλησιῶν συνδοσι*. Ita in Ecclesia societas huius pulcherrimæ communis mandicationis intelligatur nunculum esse communis concordie, quo copulati omnes unum simus in ipso Christo, & non distrahamus Ecclesiam furoribus opinionum, ambitionum & odiorum, sed semper laus principales fines considerentur.

## DE BAPTISMO.

## QVID EST BAPTISMVS?

**E** S T instituta a filio Deimersio in aquam, cum pronuntiatione uerborum: Ego baptizo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, testificans, quia hoc testimonium diuinitus institutum est, cum qui cum hac pronuntiatione uerborum mergitur, reconciliari Deo propter Christum, & sanctificari Spiritu sancto ad uitam æternam.

## QVAE EST SENTENTIA uerborum Baptismi?

**E** G O baptizo te in nomine Patris, Filij, & Spiritus sancti, id est, Ego minister hoc ritu testificor in nomine, id est, mandaro dicitur, te, qui sic mergeris, recipi a uero Deo in gratiam, qui est æternus Pater Domini nostri Iesu Christi, & Filius, & Spiritus sanctus, & recipi te propter Filium, & sanctificari te Spiritu sancto. Et comprehendenda est correlatiua sententia: Ego testificor te recipi in nomine, id est, ad agnitionem & inuocationem uerbi Dei, quæ Pater æternus Domini nostri Iesu Christi, & Filius & Spiritus sanctus & recipi te propter filium redemptorem Ecclesie, & sanctificari credentes Spiritu sancto, quem agnosces & inuocabis, & palam testisum testaris hoc baptismo, te omnia commœticia numina excreant.

SVNT NE INFANTES  
baptizandi?

RESPONDEO. Infantes sunt baptizandi. Confirmatio hæc  
est ex Evangelio sumpta.

Omnes saluandos oportet inseri Ecclesie in hac vita, iux-  
ta dictum: Quos elegit, hos & vocavit. Unde regu-  
la tradita est: Extra Ecclesiam non est salus.

Ad infantes pertinet promissio gratiæ & salutis æternæ,  
Sunt igitur baptizandi & inserendi Ecclesie.

MINORA manifesta est, quia Dominus inquit: Sinite parvulos  
ad me venire, quia talium est regnum cælorum. Item: Non est vo-  
luntas Patris mei, ut pereat unus de parvulis istis. Hæc dicta mani-  
feste affirmant, ad infantes pertinere promissionem gratiæ & vitæ  
æternæ. Et loquuntur de infantibus in Ecclesia.

Nunc faciendū est confusio Ethnicorum & Ecclesie, quasi etiam inter blasphe-  
mos sint membra Ecclesie, sed retinendæ sunt sententiæ: Quos ele-  
git, hos & vocavit. Item: Vbi sunt duo aut tres congregati in no-  
mine meo, in medio eorum sum. Et in Psalmo: Beati qui habitant  
in domo tua Domine. Item. Plantati in domo Domini, in atrijs do-  
mus Dei nostri florebut.

Ad hos igitur infantes pertinet  
promissio, qui sunt in Ecclesia, hos recipit propter mediatorum, cu-  
ius nomen super eos invocatum est, & in his Deus efficax est, & sanc-  
tificat eos Spiritu suo sancto, pro ipsorum capiti, quia hæredes vitæ  
æternæ sanctificari Spiritu sancto necesse est, iuxta dicta: Nisi quis  
renatus fuerit ex aqua & Spiritu, &c. Item. Cor. 15. Caro & sanguis  
regnum Dei non possidebunt, scilicet, sine regeneratione.

GRATI igitur hoc beneficium Dei agnoscanus, quod vere in  
Ecclesia recipit infantes, & letemur in eorum vocatorum electos esse,  
& sciamus voluntatem Dei esse, ut, quamprimum aetas doctrinæ ca-  
par est, semina Evangelij eis instillantur, iuxta dictum Ephes. 6. Edu-  
cate pueros in disciplina & doctrina Domini.

Hic ad confir-  
mationem adiungantur & testimonia primæ Ecclesie. Origenes ex-  
presse inquit in 6. capite ad Romanos. Ecclesia ab Apostolis accepit  
traditionem, etiam parvulis dare Baptismum. Sciebant enim il-  
li, quibus arcana mysteriorum commendata fuerunt, quod sint in om-  
nibus genuinæ sordes peccati, quas per aquam & Spiritum sanctum  
aboleri oportet.

SCIAMVS autem Baptismum non tantum  
esse sedus infantium cum Deo, sed omnium adultorum, omni tem-  
pore, qui etiam si lapsi sunt, tamen rursus ad Deum convertuntur.  
Quia in conversione homo per fidem verissime & integre restituitur  
per mediatorem in possessionem promissioni gratiæ, & hæreditatis  
vitæ æternæ, iuxta dictum Matth. 19. Remittes septuag. septies.

AR 5 CER-

**CERTO** igitur sciant conuersi, ipsis renouatum esse fidei Baptismi, & ad ipsos pertinere promissionem Baptismo additam: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit & sicut alij promissionibus, ita uerbis de Baptismo dictis se uere confirmet, scilicet receptos esse ab hoc uero Deo, qui est Pater Domini nostri Iesu Christi, & quidem propter filium mediatoris, & sanctificari se Spiritu sancto ad uitam aeternam.

**SCIA NT** rursus Baptismum ipsis stipulationem esse bonae conscientiae erga Deum per resurrectionem Iesu Christi, qui est in dextera Dei, ut scriptum est in Epistola Petri. Id est, sciant tunc mutuum foedus esse factum inter Deum & baptizatum. Deus recipit eo propter filium resuscitatum, & propter eum delet tua peccata, & sanctificat te ad uitam aeternam. Tu uicissim agnoscis, hunc uere esse Deum, qui se in uerbis resuscitatio patefecit, & hunc ueram Deum in uocas fiducia filij. Ita sic stipulatio bonae conscientiae, & mutua obligatio Dei & hominis baptizati, quae est rata & efficax propter filium Dei resuscitatum, regnamus em, & uerissime colligentem Ecclesiam in genere humano per Euangelium. Eadem stipulatio & mutua obligatio rata est inter te & Deum, quia integre restituitur in possessionem promissionis gratiae, & hereditatis uitae aeternae.

**RECITAT** uerba dictum: Post naufragium humanae naturae duas tabulas salutis hominibus datas esse, Baptismum, & amissa prima tabula, penitentiam. Hoc dictum apparet traditum esse contra Nouatianos, qui negabant, lapsos post Baptismum rursus conuerti posse ad Deum. Et necesse fuit refutari Nouatianos, sicut uox filij Dei manifestissima refutatio, cum inquit Septuagies septies remittes. Sed tamen dictum tamen non absterge intelligatur, quia non sic amittitur prima tabula ut recuperetur, sed reuera in totam arcam Noe recipiuntur conuersi ad est, in possessionem integram promissionum Ecclesiae propter mediatoris.

**HI** c etiam commonefaciendi sunt homines de omnibus furoribus Anabaptistarum, & tenenda regula: Ex his uerbis ipsorum agnosceas eos id est, ex manifeste falsis dogmatibus, quae sunt testimonia non fallacia, unde sciri potest, eos fascinate esse a diabolo. Et sunt in conspectu praecipui eorum errores, quos breuiter recitabo.

#### ERRORES ANABAPTISTARVM.

**VA LDE** prodest extare ueras historias certaminum Ecclesiae ut rectis iudicijs omnium temporum confirmetur, & uideantur quales furoribus in impijs sectis significauerint eas a diabolo esse. Est autem non est una consentiens Anabaptistica, sed multiplex & monstruosa Chimera, & alij magis, alij minus tetras opinantur.

es habent: tamen omnium communes sunt furores, inde usque à Carpocrate, Marcione, Pepusianis & Manichæis. Ac nisi historice scriptæ essent à Iustino, Clemente, & Epiphanio, fide dignissimis, nemo nunc crederet, fuisse tales furores ætatis proximæ Apostolis, quales nostra ætas vidit in Monasteriensi tragœdia. Sed sciamus, tantis temporibus horribiliter diabolos turbare Ecclesiam & numeramus nos aduersus diabolorum insidias, uera cognitione doctrinæ, præcatione & iudicijs ueræ Ecclesiæ, quæ manifestos furores hominum fanaticorum refutauit.

OMNES fanatici, Carpocrates, Marcion, Pepusiani, Manichæi, damnauerunt politicum ordinem uitæ humanæ, magistratus, iudicia, distinctionem dominiorum. Et aliqui damnauerunt prorsus coniugia: aliqui contra docuerunt, uxores debere communes esse, ut Carpocrates. Et horribilia exempla reuerentur in historijs. Ita deleuerunt secundam tabulam Decalogi.

RATIO autem iudicare potest, nequaquam ex Deo esse, docentes contraria mandatis Decalogi, quæ etiam rationi nota sunt. Cum autem similia multa docuerint & doceant Anabaptistæ nosstra ætate, manifestum est, sectam ipsorum esse furorem diabolicum. Itaque propter hæc manifesta signa execrandi & fugiendi sunt, sicut scriptum est: Si quis aliud Euangelium docet, Anathema sit. Item: Si quis dicit blasphemiam contra Spiritum sanctum, non remittetur ei.

REVERTATIONES autem horum errorum firmæ & perspicue notæ sunt omnibus, præsertim iuste instituti sæpe de eis admoventur.

ERRORES contra primam tabulam sunt magis terribiles, sed sunt obscuriores, & magna confusio est opinionum.

ALIQVI blasphemias Seruati contra tres personas diuinitatis circiter ferunt. Multi prorsus nihil dicunt de discrimine personarum, quid sit filius, cum nominetur  $\lambda\omicron\gamma\sigma$  & imago & terni patris. Quid sit Spiritus sanctus.

OMNES Anabaptistæ fingunt, nullum esse peccatum Originis, & propterea negant, Infantes baptizandos esse.

POSTEA de iustificatione alij uelut Monachi fingunt, se iustos esse suis operibus, uidelicet externa disciplina, patientia, deuotitate, desertione ciuiliis uitæ, conturbatione distinctionis dominiorum & simili barbarie.

ALII Enthusiastici fingunt, se iustos esse assatibus diuinis, quos tamen non habent, sed imaginantur, illatus esse suas speculationes, uel simulata suspiria. Et interdum accedunt diaboli impulsiones, quibus uelut atroniti seu  $\tau\epsilon\lambda\omicron\sigma\phi\alpha\pi\iota\sigma\tau\omicron\varsigma$  stupescunt, & edunt inuisitatas uoces, sicut Anabaptistæ in urbe Monasteriensi in medijs plateis cadentes, uociferari suot, se rapi mirandis motibus.

HI Enthusiastici seu fanatici deinde addunt hunc perniciosissimum errorem. Affirmant Deum non efficacem esse cogitatione uerbi scripti, ut prorsus abducant homines a uerbo Dei scripto.

CVM autem homines abducti sunt à verbo scripto, præcepta ingentia mala sequuntur. I. Amisio certæ doctrinæ, legis & articulorum fidei. II. Amisio consolationis. III. Exortio veræ fidei, seu exercitiorum fidei. PRIMVM amittitur doctrina, quia cum mens non regitur verbo scripto, homines summi fingunt opiniones, vt liber, contra legem & articulos fidei, summi fecerunt in adulterijs. SECUNDO, in veris doloribus non sustentant se scripta promissione, & sic ruunt in desperationem.

TERCIO, neque sciunt neque discunt, quid sit fides, quia operuntur afflatus, non sustentant se cogitatione scripti verbi, cum dicitur sit: Fides ex auditu est, auditus per verbum Dei. CONTRARIIS IME igitur explodenda sunt deliria Stenckfeldij, & similia, qui abducunt homines à scripto verbo, & negant Deum efficacem esse cogitatione scripti verbi. SEMPER autem in conspectu sint firma testimonia. Euangelium est potentia Dei, ad salutem cuius credenti, Romanos 1. Item: Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo. Item: Fides ex auditu est, auditus per verbum Dei, etc.

SCIAMVS autem, filium Dei λόγος, adesse cogitationi verbi scripti, & per hanc immediate efficacem esse, iuxta dictum Iohannis 8. πῶς ἔρχεται ὁ λόγος καὶ ἰσχυρῶς ἔμειν. Ad Hebræos 4. Viuus sermo Dei efficacior est gladio, & iudicat cogitationes, & non est abscondita creatura coram eo. Iohan. 14. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & veniemus ad eum, & mansionem apud eum faciemus. Et Prouerbiorum 8. dicit Sapientia: Fui cum eo artifex, & delectationes meæ cum filijs hominum. Antea vero dicebat: Cuius in vertice ciuitatis. Ita iungit verbum vocale, & filium Dei, qui immediate efficacem est in ministerio Euangelij, & cum caligat, & seruare Ecclesiam. QUI igitur abducunt homines à verbo scripto, simul abducunt ab ipso filio Dei, & sunt hostes regni Christi. Hæc diligentissime consideranda sunt, & inuitantur homines ad amorem & studium lectionis & cogitationis verbi scripti, & ad veram exercitiâ fidei, cum cogitabunt, sic, & non aliter, efficacem esse filium Dei, videlicet cogitatione verbi scripti.

CVM autem inquit Dominus: Ex fructibus ipsorum agnoscent eos, vult in qualibet secta totum doctrinæ corpus considerari. Quia qua secta defendit insignes errores, manifeste pugnantem eam legem uinam & Euangelio, sciamus eam sectam agitari à diabolis, & iniquam esse. EST autem horribilis error in secta Anabaptistica, tollit discrimen inter peccata, quæ hærent in sanctis, non contrariam conscientiam & inter lapsus contra conscientiam. Et fingit remissionem conscientiam tamen esse iustos, & retinere Spiritum sanctum.

hic faror Antinomorum late vagatus est, etiam apud alios. Sed manifeste damnatur illustribus testimonijs diuinis. 1. Timoth. 1. Militiam animi militiam, retinens fidem & bonam conscientiam. Item 1. Cor. 6. Scortatores, Adulteri, Homicidæ, &c. non possidebunt regnum Dei. Rom. 8. Si actiones carnis spiritu mortificabitur, uiuetis. Item de Aaron: Dominus uoluit conterere eum.

## D E P O E N I T E N T I A.

ET SI nomen pœnitentia magis congruit ad contritionem, seu patores & dolores, tamen Ecclesia sic nominat conuersionem ad Deum, quæ & dolores & consolationem continet, seu mortificationem & uiuificationem, ut Paulus nominat. Et interdum narrationes Evangelicæ sic loquuntur: Gaudium est Angelis de uno peccatore, pœnitentiam agente. N E C tamen λογισμαχίας mouemus, si quis alter uult loqui, non pugnamus cum eo. Retinemus bono consilio uocabulum in Ecclesia notissimum, ut res citius intelligatur, & magis perspicua sit refutatio errorum & labyrinthorum, quibus Monachi multis sæculis doctrinam de pœnitentia corruperunt.

Q U I D E S T P O E N I T E N T I A S E U  
conuersio ad Deum?

P O E N I T E N T I A seu conuersio ad Deum est contritio, id est, uerus pœnor & dolor cordis propter peccata nostra, & fide in Christum accipere remissionem peccatorum, reconciliationem, iustificationem & uiuificationem, & incoare nouam obœdientiam.

Q U O D S V N T P A R T E S  
Pœnitentiæ?

T R E S sunt. Contritio, fides, & noua obœdientia. Hanc partitionem docendi causa bono consilio sic tradidimus, & petimus eam sine calumnijs intelligi.

## Q U I D E S T C O N T R I T I O?

E S T uere expauescere agnitione iræ Dei aduersus peccata nostra, & dolere quod Deum offendimus, iuxta hæc dicta: Sicut leo contritum omnia ossa mea. Et Iesaiæ 66. Ad quem respiciam, nisi ad contritum spiritu, & tremementem sermones meos. Et Ieremias inquit: Postquam ostendisti mihi, percussisti femur meum, id est, consternatus sum.

Q U I S V N T P R A E C I P V I E R R O R E S  
Papistarum de contritione?

D V O sunt præcipui errores Papistarum de contritione. Prior est quod dicunt: Oportere esse sufficientem contritionem, cum nulla possit esse sufficiens. Et ubicunq; crescunt dolores sine consolatione & fide, ruunt homines in æternum exitium.

A L T E R